

simo primo tyranno, purpuram vocat, «im- peratorum populum.» Et Silius de Scipione :

At coram ardenti radiabat Scipio cocco.

Hinc symbolice S. Cyrillus; lib. XII in Joan. xv. «Per purpuream vestem, ait, regnum totius mundi, quod per fidem Christus accepturus erat, significatum fuisse volent.» Idem censent Ori- genes, S. Ambrosius, Augustinus, Theophylac- tus, Euthymius et caeteri hic. Hoc autem regnum sibi Christus pugnando et sanguinem fundendo comparavit. Nam olim Afri aliique milites in praeco russatas vestes gestabant. Causam dat Alexander ab Alexandro, lib. I, cap. x : «Ue o, inquit, arguente vulnera et sanguis effusus haud imitoscereat, confidentiusque et sine pavore dimicarent. Id quod etiam apud Persas in usu fuit; namque Artaxerxes ducturus contra Cyrum milites ornavit rubro sagulo; Agesilaus quoque ita copias instruxit armis, ut omnia area punicæ viderentur.» De Chaldaeis etiam habes apud Nolum II, 3 : «Clypeus fortium ejus igni- tus, viri exercitus in coccineis.»

29. ET PLECTENTES CORONAM DE SPINIS, POSUERUNT SUPER CAPUT EIUS, ET ARUNDINEM IN DEXTERA EIUS. ET GENU FLEXO ANTE EUM, ILLUBEBANT EI, DICEN- TES : AVE, REX JUDEORUM. — Christus quasi fectus rex Judeorum, ad ludibrium et ad tormentum coronatus fuit spinis, ex militum petulantia, Pilato non jubente, sed permittente, ut facilis Christum omnino deformatum Judeorum com- miserationi objiciens, a morte liberaret. Spinæ has fuisse ex junco marino, cujus acmina sunt quasi spinæ longissima et acutissima, censent Toletus, Pererius et alii, licet id neget Baronius.

Ex rhamno vero illas fuisse contendit Bellonius, et ex eo Grotserus, lib. I De Cruce, cap. XII. Forte in ea spinæ junce spinis rhamni intertextæ fuere. Vidi duas spinas hujus Christi coronæ spinas Romæ, quas S. Helena ex Jerusalem Romam in basilicam S. Crucis transtulit: sunt ille longæ et acute instar crassarum acicularum. S. Brigida, lib. I Revel., cap. x, scribit sibi revelatum hanc coronam spinæm rursus Christo in cruce fuisse impositam, eamque pertigisse ad mediam fronte- tem, ac tantum sanguinis ex punctura spinarum harum effluxisse, ut oculos et aures Christi im- pleret; nec poterit matrem intueri, nisi prius compressis ciliis sanguinem ex oculis exprimeret. Sic pariter cum corona spinæ fuisse Christum crucifixum, indicant omnes ejus pictura, idem- que disertè docent Origenes et Tertullianus, lib. Contra Judæos, cap. XIII, et innuit Matthæus hoc cap.

Atrous fuit hæc Christi ignominia, qua ipsi quasi regi fioco corona spinæ illudunt, æque ac ingens cruciata, tum quia infixæ capiti et cerebro in quo est omnium nervorum, musculorum, sensuum ac sensationum focus et origo : ibi ergo viget

sensus, tactus, ac intime sentit dolores et puno- turas, etiam levissimas et minimas. Ex cerebro enim oriuntur septem nervorum rami, id est conjugia sive paria, que per totum corpus distribuuntur, ut sentire et movere se possit, ut ex Galeno docet Andreas Vesalius, anatomicorum princeps, lib. IV De Humanis Corporis Fabrica, cap. I et seq., ubi et docet instrumentum tactus esse nervos; quare cerebrum esse sensus et motus arbitrari principium, rationis sedem, mem- brorum viscerumque regem, ideoque in altissima corporis arce locatum. Vide eundem, lib. VII, cap. IV.

Sed audi coronationis Christi acerbitatem pau- cis describentem ex revelatione B. Virginis S. Bri- gidam, lib. I Revel., cap. x : «Quo facto, ait, aptaverunt coronam de spinis capiti ejus, que tam vehementer reverendum caput filii mei pu- pugit, ut ex sanguine fluente replerentur oculi ejus, obstruerentur aures, et barba tota decur- rente sanguine deturparetur.» Et lib. IV, cap. LXX : «Et tunc corona spinæ capiti ejus artissime imposta fuit, quæ ad medium frontis descendebat, plurimis rivis sanguinis ex oculis infixis decurrentibus per faciem ejus, et crines et oculos et barbam replentibus, ut quasi mihi nihil nisi sanguis totum videretur; nec ipse me astantem cruci videre potuit, nisi sanguine expresso per cillorum compressionem.»

Causa hujus coronæ spinæ literalis fuit, ut milites Christum quasi falsum regem Judeorum illuderent et cruciarent. Hæc enim corona Christi tempora lanciavit et fecit, ait Tertullianus, lib. IV Contra Marc.; et, ut ait S. Bernardus, tract. De Passione Dom., «mille punctus speciosus ejus caput divulneravit.» Moralem et mysticam dat Origenes : «In hac, ait, spinæ corona suscipit Dominus spinas peccatorum nostrorum, infectas in capite suo.» «Peccatorum est enim, ait S. Hilarius, aculeus in spinis, ex quibus Christo victoriæ corona confertur.» Sed audi Tertullia- num, lib. De Corona militis, sub finem : «Christus Jesus quale, oro te, sertum pro utroque sexu subiit? ex spinis, opinor, et tribulis in figuram delictorum, que nobis protulit terra carnis : abstulit autem virtus crucis, omnes aculeos mortis in Dominici capitis tolerantia obtundens. Certe præter figuram, contumelia in promptu est, et turpitude, et dedecoratio, et his implexa sevitia, que tunc Domini tempora et fœdaverunt et lanciaverunt.» Hæc ille; in capite enim viget tactus reliquique sensus. Unde Varro : «Caput, ait, dicitur quod ab eo nervi initium capiunt, et per quos in totum corpus omnes vitæ sensus et motus distribuuntur. spinæ ergo pungentes caput Christi, acri dolore eum cruciarunt.

Tropologice : Spinæ hæc nos docent carnem pungere et domare jejuniis, ciliiciis, disciplinis : «Non enim docet sub capite spinas coronato membra esse delicata,» ait S. Bernardus. Hinc

Ver. 29. *Met. IX, 17, 18, 19, Joan. XII, 2, 3.* *Coro- na Chris- ti spinæ.* *Coro- na spinæ qualis?* *Coro- na spi- næ acutissima dolor.*

Car- Christiæ spinis co- munitis? Causa lit- teralis. Moralit.

Tertullianus, libro jam citato, cap. XIV, docet Christianos olim ob reverentiam coronæ spinæ Christi, coros; ex floribus contextis, quibus Seniles dabatur, abstinentiæ. S. Catharina Genensis Christus obtulit duas coronas, unam spinæm, alteram gemmeam, dans ei optionem eligendi utram vellent, sed hæc lege, ut, si unam eligeret in hac vita, alteram ejus vice reciperet in futura. Mox illa arripiens spinæm de manu Christi coronam. capiti suo infixit adeo valide, ut per plures dies capitis dolores senserit, ideo- que jam pro spinæ gemmeam in cælis recepit. S. Agapitus martyr, cum 15 tantum esset annorum, et capiti ejus prunæ ardentes imponerentur, memor spinæ coronæ Christi, exultans dicebat : «Parum est in terra caput aduri, coronandum in celo. Quam decore corona gloriæ ornabit caput afflic- tum pro Christo?» Idem cogita, quisquis capitis dolores, angores, gravedines, molestias, tenta- tiones, tribulationes patieris, cogita Christum unam et spinis coronæ spinæ sue tibi commu- nicare.

Anagogice : S. Ambrosius, in cap. XXII Lucæ : «Corona, ait, de spinis quæ capiti Christi impo- nitur, ostendit, quod de peccatoribus mundi tanquam de sæculi spinis, triumphalis Deo gloria quaeretur.»

Symbolice : S. Bernardus, De Passione Domini, cap. XIX : «Licet, inquit, in irisione coronent, tamen ignorantes et irridentes coronatum regem fatentur. Ergo rex eorum, vel ab ipsis nescientibus demonstratur.» Et S. Augustinus, tract. 116 in Joan. : «Sic, inquit, regnum, quod de hoc mundo non erat, superbissime mundum non atrocitate pugnandi, sed patienti humilitate vincebat, portans spinæm coronam et purpu- reum vestimentum, non clarus imperio, sed pleus opprobrio.» Rursus : «Purpureus color, ait Elias Cretensis (ad orationem 3 Nazianzeni in Julianum), veros Imperatores admonet, ut promp- tis animis sanguinem suum pro subditorum salute fundant,» uti fudit Christus. Hinc Cardi- nalis data est a Pontifice purpura, ut illos «oneat pro Christo et Ecclesiæ sanguinem fun- dere, cum opus est, ut alibi dixi. Quocirca S. Germanus, Patriarcha Constantinopolitanus, orat. in sepult. Christi : «Purpura illa, ait, et co- rona ex spinis plexa ante crucem, confirmabat victoriam dicentis : Confidite, ego vici mundum mundique principem (1).»

Præclare S. Athanasius, serm. De Cruce et Passione : «Cum exiret, inquit, Dominus, et indueretur purpura, eo ipso invisibiliter trophæum de diabolo erigebatur. Miraculum novum et incre- dibile, et magnæ sine dubio victoriæ insigne : quem per ludibrium subsannationemque pulsa-

(1) Symbolice, cum spinæ corona Christus in se assump- sit maledictionem terris impositam; sunt enim spinæ et tribuli fructus maledictionis quam Deus post Adami pec- catum in humanum genus intorsit, Genes. III, 18.

bant, ei triumphalia addiderunt ornamenta; coccineam ehlydem et coronam spinæm. Ea de causa hoc genere vestimenti indutus ad mortem profertur, ut ostenderet victoriam de morte non temerè, sed pro nostra salute partam esse.» Ibidem S. Athanasius docet Christum spinis coronatum, ut nobis lignum vite restitu- eret, ac ut nostras spinas, id est sollicitudines in se suscipiens curaret.

Hæc de causa Godefridus Bullonius, capta a Godefr- dus Be- zoldius. Christianus Hierosolyma, cum ipse primus ejus rex Christianus crearetur, noluit coronari corona regia, dicens : «Non decere regem Christum, corona aurea insigniri in illa urbe in qua Christ- us gestasset spinæm,» uti Wilhelmus Tyrus et alii referunt.

Denique hæc spinæm Christi coronam, vultu humiliffatè mundique contemptus insigne, represen- tant sacerdotes et monachi tonsura sua, quam instar coronæ gestant in capite. Ita Becla, lib. V Histor. Angl., cap. XXII, et Germanus, Patriarcha Constantinopolitanus, in Theoria rerum ecclesiasticarum.

Anagogice : Tertullianus, De Corona mil., cap. XIV : Anag. Indue spinæm Christum coronam, et ut illum, inquit, Christi coronam æmulis, que postea ei obvenit, quia et favos post fella gustavit, nec ante rex gloriæ a cælestibus salutus est, quam Rex Judeorum proscriptus in cruce, minoratus a Patre modicum quid supra angelos, et ita gloria et honore coronatus.» Et S. Hieronymus : «Spin- is, ait, coronatus est Christus, ut nobis regni diadema compararet.»

ET ARUNDINEM IN DEXTERA EIUS, — ut arundo esset quasi sceptrum Christi Regis Judeorum, sed arundineum, id est fragile, inane, vile et ridiculum. Qualis fuerit hæc arundo, describit Lævynus Lemnius, De Herbis Biblicis, cap. XXVII : «Arundinis, ait, plures sunt differentie : una species est leviora perpolita, enodis nullisque distincta geniculis aut internodiis, que tripha palæstris vocatur, qualis Christo pro sceptro regi- gali in manum tradita in affectati regni ludibrium. Est huic stirpi sceptri regalis aut imperatorii forma, cujus cacumen duarum fere palmiarum altitudine et crassitudine pollicari, densa compactaque lanugine stipatur, quam si manu aut digitis demulceas, holoserium aut villosam quamdam congeriem contractare te credas; que tamen post dies aliquot dissolvitur in pappos, atque in diffusam lanuginem evanescit.» Rursus Tertullianus, lib. De Corona militis, cap. XIV : «Abstulit, ait, vires Christi omnes aculeos mor- tis, in Dominici capitis tolerantia obtundens.»

Symbolice : S. Hieronymus et S. Athanasius, Symbol. serm. De Cruce : Arundo, inquit, fugat neque serpentis, sic Christus venenatos concupis- centias. Audi S. Hieronymum : «Quomodo Caiphas dixit oportere unum hominem mori pro omni- bus, nesciens quid diceret; sic et isti quæcumque

Tonsu- ra coordi- nata, fert coro- nam Christi. Tonsu- ra coordi- nata, fert coro- nam Christi. Aro- do Chris- ti qualis?

fecerunt, licet alia mente fecerint, tamen nobis qui credimus, sacramenta tribuerunt. In chlamyde cocinea, opera Gentium creuenta sustentat; in corona spinæ, maledictum solvit antiquum; in calamo, venenata occidit animalia, sive calamum tenebat in manu, ut sacrilegium scriberet Iudeorum. » Porro S. Ambrosius, in cap. XXII *Lucæ*: « Arundo, ait, comprehenditur manu Christi, ut humana fragilitas jam non sicut arundo moveatur a vento, sed operibus Christi corroborata firmetur; vel, secundum Marcum, caput ejus percussit, ut solidata divinitatis tactu nostra conditio mutare non possit. »

Denique arundinem hanc cum columna, et spinea corona ac spongia, qua Christus aceto potatus fuit, magna diligentia a Christianis fuisse asservatam tradit Beda, *De Locis sanctis*, cap. XX, et Gregorius Turonensis, *De Gloria Martyr.*, cap. VII.

ET GENU FLEXO ANTE EUM, ILLUDEBANT EI, DICENTES: AVE (Græce *χαίρει*, id est gaude, salve; *Strus*, *pax tibi*), REX JUDEORUM. — Nota hic Christum per ludibrium a militibus quasi inaugurari regem, cum omnibus regum insignibus. Nam *primo*, totam cohortem, quasi totum exercitum eum stipantem cingentemque adducunt; *secundo*, thronus fuit lapis aut scamnum, idque in modum tribunalis altum, ut docet Clemens Alexandrinus, lib. II *Pædag.*, cap. VIII, et alii; *tertio*, corona regalis fuit spinea; *quarto*, paludamentum fuit chlamys cocinea; *quinto*, seoptrum fuit arundo; *sexto*, fauste acclamationes et reverentia populi facere militum genuflexiones et salutationes ludicras, item sputa, alape, verbera: que omnia Christus divina humilitate et patientia sustinuit, ideoque maruit « ut in nomine Jesu omne genu flectatur, coelestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus in gloria est Dei Patris, *Philip.* II, 9.

Tropologicæ: Christus voluit hic: *primo*, exhibere nobis ideam vanitatis, æque ac afflictionis regnorum et honorum mundi, omniumque regum et principum; *secundo*, hæc ludibria vertere in arma victoriæ suæ, ac præsertim humilitate sua, vincere superbissimum Luciferum; *tertio*, docere regnum mundi situm esse in honoribus, pompis, deliciis; suum vero consistere in contemptu honorum, voluptatum et sui ipsius. Plura vide apud S. Athanasium, serm. *De Cruce et Pass.*; Theophylactum et Jansenium hic, et Tertullianum, *De Corona militis*, cap. XIV.

Denique justa Dei vindicta factum est, ut paulo post, simili prorsus illusione qua Christus per ludibrium Rex Judeorum coronatus est, Agrippa, rex Judeorum, licet absens, Alexandriae per comœdum, qui ejus personam sustinebat, illuderetur. Rem gestam multis enarrat Philo in Flaccum, que ego in paucæ contraham: « Flaccus, ait, Egypti præses, Alexandrinam multitudinem conviciis passus est regi maledicere. Erat insanus

quidam, nomine Karrabas, puerorum et adolescentium ludibrium. Hunc miserum propulsam ad gymnasium, in superiori loco stantium, ut spectari posset ab omnibus, moxque capiti diadema imposuerunt papyraceum, pro paludamento corpori stoream induunt, pro seopetro frustum arundinis humo sublatum quidam ei dedit in manum. Sic ornatum regis insignibus, et in regem transformatum, more histrionico adolescentes perticas in humeris gestantes stipabant pro satellitiis; tum alii salutatum accebebant. » etc.: Ecce Karrabas, hic sustinens personam Agrippæ, representat Barabbam, quem Judei præterulerunt Christo.

30. ET EXPUENTES IN EUM, ACCEPERUNT ARUNDINEM, ET PERCUTIEBANT CAPUT EJUS, — tanquam stulti, ait S. Thomas, qui stulte ad regum Judææ aspirasset; simul coronam spineam altius firmiusque capiti ejus infigebant: que omnia summæ erant contumelia, et atrocissimi doloris, non tam ab hominibus, quam a dæmonibus inventa et suggesta, ait Origenes. « Non unum membrum, inquit Chrysostomus, sed universum corpus atroces has injurias patiebat. Caput afflictum corona; calamo, pugni; facies, spatibus; maxilla, alapis; reliquum corpus, flagellis, nuditate, amictu chlamydis, adoratione simulata; manus, calamo, quem pro seopetro tenere dederunt; os quoque ipsum et lingua, aceti potione ac fellis. »

Hic subnectenda sunt et ordine historico inextenda, que, tacente Mattheo, supplet Johannes, cap. XIX, a vers. 1 ad vers. 16, scilicet Christum sic flagellatum, spinis coronatum et chlamydatum, a Pilato fuisse productum ostensumque Judæis, dicendo: « Ecce homo, » ut eos ad misericordiam flecteret; Judæos vero magis in eum efferratos obstinate exclamasse: « Crucifige eum, » quia Filium Dei se fecit. Id audiens Pilatus, timensque ne Jesus Jovis, Herculis, aut alterius dei esset filius, qui ejus necem illuceretur, seorsim rogavit Jesum: « Unde es tu? » Jesu tacente, Pilatus subject se habere potestatem necandi ipsum. Christus respondit: « Non haberes potestatem adversum me, nisi tibi data esset desuper. » « Potestatem, » id est facultatem, permissionem et vires occidendi me: Pilato enim erat a Deo data potestas, id est auctoritas et jurisdictio in cæteros Judæos; in Christum vero duntaxat permissa erat a Deo. Christus enim ut homo, cum Dei esset Filius, liber erat nullique potestati humanæ subjectus, imo omnium rex et dominus, uti dixi vers. 11. Unde Pilatus hic judicando et damnando Christum, peccavit contra justitiam tripliciter: *primo*, usurpatione potestatis et jurisdictionis in Christum, utpote quam nullam habebat; *secundo*, pervertendo ordinem jurisdictionum, quia tumultui Judeorum cessit, nec Christum ob crimen, sed ob tumultum damnavit; *tertio*, pervertendo justitiam, quia Christum innocentem damnavit, nec haberetur inimicus Cæ-

Vers. 30.
Mar. xv.
16.

Quæ
lencis illi
veribus
flagellatus
Christus
in die
moris
cruce.

Tria quoque
causa Pilate.

saris, ut subdit Joannes. Hisce ex Joanne ordine intertextis usque ad Christi condemnationem factam a Pilato, jam proxime subnectenda sunt que hic subicit Matheus, dicens:

31. ET POSTQUAM ILLUSERUNT EI, EXUERUNT EUM CHLAMYDE. ET INDEUERUNT EUM VESTIMENTIS SUIS, ET DUXERUNT EUM UT CRUCIFIGERENT. — « Ubi milites, ait Victor Antiochenus in *Marci* XV, ad satisfietatem usque Christum redemptorem nostrum ludibrio habuerunt, abduxerunt eum ut crucifigerent. »

EXUERUNT EUM CHLAMYDE. — Relicta illi « corona spinea semel imposita, et nunquam detracta, » ait Origenes. « Exiit, ait S. Athanasius, serm. *De Cruce*, a carnificibus, quas nos in Adam indueramus pellicæ tunicas, ut pro his possimum induere Christum. »

INDEUERUNT EUM VESTIMENTIS SUIS. — tum ut illa sibi vindicaretur crucifixo, tum ut ex illis Jesus agnosceretur a populo, et subsannaretur ad majorem ejus infamiam.

ET DUXERUNT EUM UT CRUCIFIGERENT, — præunte, ut videtur, tubicæ, qui tubam inflans, ad supplicium hoc spectandum populum convocabat. Hoc enim fuisse moris apud Romanos docet Græterus, lib. I *De Cruce*, cap. XVI.

Fatigatus erat Christus, crebris longisque itineribus hac nocte et hoc mane peractis; nam a cœnaculo ierat in montem Oliveti, distantem gressibus sive passibus minoribus 1300 (minor passus continet duos pedes cum dimidio, major vero sive geometricus, est duplex, continetque quinque pedes: mille passus majores faciunt milliariæ Italicæ, mille vero minores faciunt dimidium milliariæ Ital.). Inde eodem fere spatio reductus est ad domum Annæ, inde ad domum Caiphe distantem gressibus 330, inde ad domum Pilati distantem mille passibus, inde ad domum Herodis distantem passibus 350, inde reductus ad Pilatum, a Pilato denique ad montem Calvarie per gressus sive passus minores 1321. Vide Adrichomium in *Descriptione Jerusalem*, num. 118, graphice ex Geographicis describentem viam crucis Christi variasque in ea Christi stationes, occurus et casus.

32. EXPUNTES AUTEM (sive domum Pilati, ut vult S. Hieronymus, Adrichomius et Geographi vice crucis; sive urbem Jerusalem, ut vult Franciscus Lucas et alii) INVENERUNT HOMINEM CYRENEUM, NOMINE SIMONEM: HNC ANGARIAYERUNT, UT TOLLERET CRUCEN EJUS. — « Cyreneum, » oriundum ex Cyrene, sive ea que est in Lybia, a qua quasi metropoli tota regio Cyrenaica dicitur, quam ad fidem Christi convertit S. Marcus, ut vult Origenes, Franciscus Lucas et Gagneius, in cap. II *Act.*; sive ea que est in Syria, ut vult Maldonatus; sive ea que est in Cypro, que a Cyro ædificata dicta est Cyrene, ut volunt alii. Inde ergo commigravit in Judæam. Quare Simon hic origine fuit Gentilis, ut censent S. Hilarius, Ambrosius, Beda, S. Leo, serm. 8 De

Vers. 32.
Luc. xxiii.
3; Mar. xv.
21.

Simon Cyrenæus quid?

Pass., et alii; licet Maktionatus et Franciscus Lucas putent fuisse Judæum, forte quod in Judæam veniens factus sit proselytus, et in Judæorum religionem transierit, idque ad mysterium, ut significaretur non Judæos incredulos, sed Gentem in Christum credentes, fidem et crucem Christi amplecturas, ac per illas Judæos quoque in fine mundi idem facturos (1).

SIMONEM. — Traditio est, ait Pererius, Simonem hunc postea ad fidem Christi cum filiis esse conversum. Unde Marcus addit eum fuisse patrem Alexandri et Rufi, qui eo tempore, quo hæc Marcus scribebat, videntur fuisse Christianis noti et celebres discipuli Christi: nam Rufus hic primo Thebarum, deinde Dertose (Tortose) in Hispania fuit episcopus, ac proinde Ecclesia ejus festum celebrat 12 novembrii. De eodem sic scribit S. Polycarpus ad Philippenses: « Rogo omnes vos insistere verbo justitiæ et patientiæ, quam oculate vidistis non solum in beatissimis illis, Ignatio scilicet, Zosimo et Rufo, sed et in aliis, sed qui ex vobis sunt, et in Paulo et in cæteris Apostolis. » Alexander vero, frater Rufi, et alter filius Simonis, martyr ponitur in *Martyrol.* ab Adone et Beda die 14 martii. Unde L. Dexter, in *Chronico*, ad annum Christi 112, num. 10, sic habet: « Carthagine Spartaria (civitas est Hispania) S. Alexander, frater Rufi, primi Dertosanorum episcopi in Hispania Tarraconensi, filius Simonis Cyrenensis, qui post Christum ejus crucem bajulavit, patitur cum Candido et Zosimo et sociis martyrium. In religione sequitur Simon filios, nec fraudatur debita mercede portate post Christum crucis: nam post multa bona opera Hierosolymis placide quiescit. » Et Braultio sive Helecas, in *Addit. ad Chronicon Maximæ*, hæc habet: « SS. Rufi et Alexandri memoria, Simonis Cyrenæi (quibusdam Niger est) filiorum, celebris est. Venit cum filiis Simonem in Hispaniam, comitatus S. Paulum, ubi prædicavit; quam prius adierat comitatus D. Jacobum, et ibi prædicavit tunc; quem dicitur concessisse cum aliis S. Petrus in Episcopum, obiisseque Hierosolymis, colitur prima decembris. » Rursus L. Dexter, ad annum Christi 100, num. 4: « Rufus, inquit, Thebis reversus ad Hispanias a Dertose, inquit sedet. » Vide utrobique annotationes Bivarii, qui censet Simonem hunc esse illum qui Niger dicitur sociusque fuit Pauli et Barnabæ, *Act.* cap. XIII, vers. 1.

CONVERSUS fuit ad Christianitatem.

Rufus, filius Simonis.

Et alii.

HUNC ANGARIAYERUNT, — id est compulerunt. Vide dicta de etymo angarie, cap. V, vers. 41. Magna fuit hæc militum injuria et ignominia fu

(1) Doctor Sepp, op. cit. t. II, p. 171, censet Simonem oriundum fuisse ex ea Cyrene que est in Lybia Africana, quæ regio jam dudum Judæis erat referatissima, a tempore scilicet quo Ptolomæus Lagos, Palæstina in dittonem recepta, Judæorum centum milliâ Cyrenæ transferret. In urbe Hierosolyma synagoga erat *Cyrenæa* vulgo dicta, id est, Judæorum ex Cyrene.

peregrinum Simonem, quod eum publice infame...

Symbolice

Symbolice : S. Gregorius, lib. VII Moral., cap. XXVI : « Crucem Jesu, inquit, in angaria portare...

Quomodo Christus crucis...

UT TOLLERET CRUCEM XPI. — Christus primo portavit crucem suam longam (ut ferunt) 15 pedes...

Simon gestavit crucem...

ubi nota, non videri Simonem crucem gestasse cum Christo haereticum, ut Christus priorem crucis partem, Simon posteriorem portaret...

Secundo, S. Ambrosius, in cap. XXII Lucæ :

« Id factum est, ut prius ipse, inquit, crucis suae...

trophæum erigeret, deinde Martyribus traderet erigendum. Conventi enim ut trophæum suum prius ipse victor attollat; » ac deinde illud idem « Christus in homine, et homo portet in Christo. »

Tertia.

Tertia, Origenes : « Non solum, inquit, eum conveniebat accipere crucem suam, sed et non conveniebat portare eam, salutarem nobis angariam adimplentes. » Sic enim ipse sanxit : « Qui non accipit crucem suam, et sequitur me, non est me dignus, » Matth. x, 38.

Denique Tertullianus, lib. V De Præscript., cap. XLVI, et lib. I Contra Marcionem; S. Augustinus, lib. De Hæres., et Eusebius, lib. IV Histor., cap. VIII, tradunt hæresim fuisse Basilidis et Marcionis, quod Christus ita perstrinxerit oculos Judæorum, ut, relicto Simone, ipse Christus se subduxerit eorum oculis et evanuerit : unde factum est ut Judei, occidentes et crucifigentes Simonem, putarent se Christum crucifigere. Ita errant et hodie Mahometani.

Hæresis Basilidis et Marcionis de Christo crucis arbiter ducit.

Hic ordine historię intextenda sunt, qua Christo eunti in montem Calvarie in itinere confingerent, quæ tacet Mattheus et supplet Lucas, ad xxxii, 31, scilicet Christum, mulieribus piis se sequentibus et lamentantibus dixisse, ut fletum non super se, sed super filios suos, qui a Tito et Vespasiano ob eadem Christi in tentas angustias redigendi erant, ut in speluncas se abderent, dicerentque « montibus : Cadite super nos, et collibus : Operite nos. » Vide dicta Osee, x, 8. Ita S. Hieronymus. Causam subdit : « Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? » Christus enim quasi viridis arbor erat, gratie fructibus et fructibus semper vernans, ac proinde indigna et inepta igni, id est Dei vindictæ et excidio : Judei vero erant quasi arbor arida, quia gratia vacui, ac steriles honorum operum, ideo dignissimi et aptissimi foco et vindictæ Dei. Nota « faciunt, » scilicet milites Romani ; vel impersonaliter per hebraismum « faciunt, » id est fiunt, facientibus Judæis, sive factione Judæorum.

Mulierum Christum ad mortem euntem sequentium lamenta.

Inter hæc feminas una fuit Berenice, sive Veronice, vulgo Veronica, quæ sudarium Christo exhibens, ut faciem sudore et sanguine madentem abstergeret, ab eo illud recepit, ut tolleret crucem ejus. » Ita SS. Augustinus, Ambrosius, Athanasius et passim alii Patres, qui varia hic mysteria agnoscunt. Primo, S. Athanasius, serm. De Cruce : « Nam et sibi ipsi, inquit, Dominus crucem gestavit, et rursus Simon homo portavit illam. Primum igitur portavit veluti trophæum adversus diabolum Jesus, volens autem crucem sibi ipsi ferrebat : neque enim necessitate compulsus accessit ad mortem. Rursus autem gestavit eam Simon homo, ut omnibus notum fueret, quod non suam ipsius, sed hominum mortem moreretur Dominus. »

Veronica sudarium Christo exhibens.

quo habent Acta S. Martialis, primi Lemovicensium episcopi : Venit autem cum B. Petro Apostolo Romam, et per eum missus fuit in Galliam, habens in comitatu suo Amatorem, et consensum ejus Veronicam, quæ familiaris et precordialis amica fuit Virginis Mariæ. S. vero Amator in rupe, quæ modo Amatoris dicitur, solitariam vitam egit, ibique obiit : Veronica autem S. Martiale mœrificentem secuta est in territorio Burdigalensi, ibique consenuit. » De eadem vide Bredenbachium, Saligniæ, Paschalem et Adrichomium in Descript. Jerus., num. 44 et 118.

Veronica interterritorio Burdigalensi consenuit.

Vers. 33. Luc. xxii, 38; Mar. xv, 21; Joan. xii, 17. Calvaria quid?

33. ET VENERUNT IN LOCUM, QUI DICITUR GOLGOTHA, QUOD EST CALVARIÆ LOCUS. — Calvaria est cranium hominis carne nudum, quod et calva dicitur. Unde Syrus verit, Gogultho, cujus interpretatio est cranium, sic et Æthiopicus. Golgotha ergo idem est, quod caput sive cranium hominis, quod ita dictum a volubilitate et rotunditate ; a radice gal vel galat, id est volvit, revolvit, corvolvitur. Unde galgal est circulus et cælum. Hebr. dicunt גולגותא galgothah ; Chaldæi et Syri, addito atep, dicunt galgothah, quod vulgus more suo corrupte effert Golgotha.

Golgotha quænam?

Quod est (scilicet si interpretaris, idem quod) CALVARIÆ LOCUS. — Pata locus ubi calvaria hominum apparent. Hinc putant nonnulli Mattheum Græce scripsisse, sed non obstat quin Hebræice scriperit : potuit enim vocem Hebræam Golgotha alia pariter Hebræa, sed clariore, interpretari. Alii putant hanc interpretationem nominis, « Golgotha, » additam ab interprete Græco S. Matthei. Unde hæc interpretatio non extat in Evangelio Hebræico S. Matthei, quod jam circumfertur.

Calvaria dicta crano sepul.

Quæres, unde hic locus, ubi crucifixus est Christus, dictus sit « Golgotha, » sive « Calvaria? » Respondeo : Communis Origenis, Tertulliani, S. Athanasii, Epiphani, S. Augustini, Cyrilli cæseriensis Patrum, uno excepto S. Hieronymo, hic sententia est, ita dictum esse ex eo quod traditio sit in « Golgotha » sepulchrum esse Adamum, quem Christus ibidem sanguine suo e cruce distillantem redemerit et ad vitam gratie revocavit, juxta illud Ephes. v, 14 : « Surge qui dormis, et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus : » ubi Patres jam dictos citavi.

Hæc facit quod scribit Jacobus Orrohaia, sive Edessenus, magister S. Ephremi, teste Andrea Masio in cap. ult. Josue, vers. 32, scilicet Noe ossa Adami in arcam religiose suscepisse, ac post diluvium illa inter filios distribuisse, ipsique Sem, quem anteferebat cæteris, Adami calvariam dedidisse, et cum ea Judæam. Tanta apud prisocos erat cura honorque sepulcri, ob animarum immortalitatem. Forte presagebat Christum in Calvaria apud Judæos, Adamum a morte suscitaturum. Unde S. Ambrosius, in cap. xxxii Lucæ, docet Christum in Golgotha crucifixum, quia « congruebat, inquit, ut ibi vite nostræ primitie locarentur, ubi fuerant mortis exordia. »

Aliam causam magis litteralem et obviam dicit hic S. Hieronymus, Beda, Jansenius, Franciscus Lucas et alii, scilicet calvariam dici hunc montem, eo quod in eo locus esset supplicii, in quo rei plecebantur et decollabantur; unde ibi multa decollatorum erant crania. Negant hoc Baronius, Lorinus et Gretserus, lib. I De Cruce : Quia, inquit, apud Judæos gladii et decollationis non erat usus, sed tantum lapidationis, crucifixionis et combustionis : harum enim trium penarum tantum meminit Scriptura. Ita Sigonius, lib. VI De Republ. Hebr., cap. ult. Verum gladio in supplicios utros fuisse Judæos, docet Auctor libri Sanebrim, et Petrus Gregorius, lib. XXXI Syntagm., cap. XVI. Certum est post subactam a Romanis Judæam, reos in ea capite fuisse plectos, nam Herodes Antipas decollavit Joannem Baptistam, et ejus nepos Herodes Agrippa decollavit S. Jacobum fratrem S. Joannis Apostoli, Actor. xii. Adde : in Golgotha multa sparsim jacebant crania non solum decollatorum, sed et lapidatorum, combustorum et crucifixorum.

Mystice Gretserus : « Propheticè, ait, hic locus dictus est Golgotha, eo quod in ea verum caput nostrum, scilicet Christum Dominum, occubuit. » Voluit Christus in loco supplicii publico et infami, quæ sit « Golgotha, » crucifigi, ut infamia et execrabilia nostra scelera læret et expiaret. Quocirca ipse locus hunc supplicii in loco honoris et adorationis convertit. Christianam enim in Calvaria Christum crucifixum reverentur et adorant : Christus enim, ut canit Sedulius,

Pannam vestivit honore; Ipsaque sanctificans in se locumta beavit.

Sic de Socrate ait Seneca, in Consolat. ad Helviam : « Socrates carcerem intravit, ignominiam ipsi loco detracturas. »

Notat ex S. Hieronymo et S. Augustino, serm. 71 De Temp.; Beda, De Locis sanctis, cap. II, et alii, in hoc monte Abraham a Deo jussum immolare filium suum. Mons enim Moria, in quo id contigit, vicinus est monti Calvarie, adeoque uterque unus idemque videtur esse mons, in duo juga sive duos colles, scilicet Moria et Calvariam, dissectus.

Cur Christus extra Jerusalem crucifixus sit in Calvaria, causam quadruplicem, scilicet litteralem, allegoricam, anagogicam et tropologicam, assignat Apostolus, Hebr. xii, 11 et seq. Unde concludit : « Exeamus ad eam extra castra, inproperium ejus portantes. » Vide ibi dicta. Primaria causa fuit, ut significaret virtutem crucis Christi, scilicet fidem, gratiam et Ecclesiam a Judæis transferendam ad omnes totius mundi gentes, « ut crux Christi non tempus esset ara, sed mundi, » ait S. Leo, serm. 9 De Passione.

34. ET DEDERUNT EI VINUM BIBERE CUM FELLE MIXTUM (Arabicus, acetum cum myrrha mixtum); ET CUM GUSTASSET, NOLUIT BIBERE. — Interim dum

Vers. 34. Vinum (Arabicus) acetum cum myrrha mixtum; Et cum gustasset, noluit bibere.

erebratur et apparatus crux ejusque fossa, Christo nonnihil pioscenti propinatam est hoc vinum, quod de more reis damnatis, ad sitim qua in tanto angere laborant levandam, et ad confortationem, ut robur habeant ad ferenda tormenta, dari solebat, juxta illud *Prov.* xxxi, 6: « Dote sicram merentibus, et vinum his qui amaro sunt corde. » Verum Judæi inaudita barbarie, partim ad ludibrium, partim ad tormentum, vinum hoc Christi felle amaricarunt et corruerunt. Id factum est, partim insolentia militum, partim invidia Judeorum. Unde queritur Christus dicens: « Dederunt in escam (Tertullianus, lib. *Contra Jud.*, cap. x, legit, *in potum*) meam fel; » quia fel fuit quasi panis et escæ, vinum vero potus Christi. Unde Euthymius: « Arbitror, inquit, fragmenta aridi fellis in aceto emollita fuisse, ut acetum quidem loco vini esset, illa vero fragmenta pro buccella panis; et præcipue sane potum dederunt, consecutive vero etiam cibum: his enim qui animo desolantur, vinum præbere solemus, injecto pane, ut primum bibentes, postmodum etiam possint edere. »

Nota primo, hanc Christi potationem aliam et diversam esse ab illa de qua vers. 48, et de qua agunt Lucas et Joannes, quam scilicet Christo jam crucifixus clamanti: « Sitio, » porrexerunt. Hæc enim ante crucifixionem data est Christo, et hæc fuit vini, illa vero aceti. « Vinum » enim hic legitur constanter omnes codices Latini, ac Origenes, S. Ambrosius, S. Hieronymus, S. Hilarius, S. Augustinus, lib. III *De Consensu*, cap. xi; licet Græca ac S. Chrysostomus, Theophylactus, Titus, Euthymius et Syrus pro aceto, id est vinum, corrupte, ut videtur, legant; id est acetum; nisi dicas vinum hoc vocari aceto, id est acetum, quia erat acerbum et acetosum. De hac ergo potatione ait Christus: « Dederunt in escam meam fel; » de posteriore vero, vers. 48: « Et in siti mea potaverunt me aceto. » Dicitur « fel » non potus, sed escæ, quia fel hoc videtur injectum in vinum, nec cum eo commixtum, ut jam dixi.

Nota secundo, vinum hoc cum felle Mareus vocat « vinum myrrhatum; » quia scilicet vino huic imposita fuit myrrha cum felle, vel certo myrrha sola sine felle, ut myrrha ipsa « fel » dicitur ob amaritudinem: ita passim omnes Patres et Interpretes, uno dempto C. Baronio, qui, anno Christi 34, cap. lxxxiv, censet vinum myrrhatum fuisse aromaticum, tam sapore quam odore suavitissimum. Ita dictum, quod in vasis myrrhulinis, amixtis variis aromatis condiretur; quod licet ipse acerte et erudite probet, aliis tamen non persuadet: nec enim vinum myrrhatum potest dici fel, vel fellum, ut hic illud vocat Matthæus; nec Judæi Christo infensissimi permisissent id dari Christo. Unde, vers. 48, illi sitienti propinarunt acetum. Denique Baronius suam sententiam revocat in fine totius X, ac

assentitur, qui censet vinum myrrhatum fuisse acerbum et amarum.

ET CUM GUSTASSET, NOLUIT BIBERE, — sic quod aversaretur malitiam Judeorum, qui vinum felle corruerant; sive quia volebat mortem pati sitim in cruce, ut nobis mortificatione et sensuum vivum daret exemplum.

Quocirca Palamon, mire sanctitatis vir, cum iam die Paschatis jussisset S. Pachomio discipulo suo apparare cibum festo tanto congruentem. Illegue agrestia olera, quibus vesci solebat, apparasset, illisque oleum cum sale præter morem condimenti vice injecisset; Palamon frontem pulsans, cum lacrymis dixit: « Dominus meus fuit crucifixus, contumellis affectus, colaphis appetitus, felle et aceto potatus, et ego oleum comedam? » Quare illud gustare noluit, solitumque oleum cibum sibi apponi jussit. Ita habet Vita S. Pachomii.

33. POSTQUAM AUTEM CRUCIFIXERUNT EUM, DIVIDERUNT VESTIMENTA EIUS, SORTEM MITTENTES; UT IMPLERETUR QUOD DICTUM EST PER PROPHECIAM DICENTEM: DIVISERUNT SIBI VESTIMENTA MEA, ET SUPER VESTEM MEAM MISERUNT SORTEM. — Matthæus partim more suo brevitate studens et gesta Christi contrahens, partim horrescens indignitatem et atrocitatem crucifixionis Christi, eam non quasi præsentem, sed quasi præteritam enarrat, ac velut oculis clausis perstringit, dicens: « Postquam autem crucifixerunt eum. »

Nota primo: Dogma fidei est Christum non fumbus, sed clavis cruci fuisse affixum, quibus perforatæ fuere manus Christi, ut in eas manus suas immittere posset Thomas, ut patet *Joan.* xx, 25 et seq. Unde *Psal.* xxi dicitur: « Foderunt manus meas, et pedes meos. » Fieri tamen potest, ut funes quoque adhibiti sint ad colligandum cruci corpus Christi: alioqui enim tota moles corporis a manibus vix pendere et sustentari potuisset. Imo S. Hilarius, lib. X *De Trinitate*, ait Christum cruci clavis affixum et fimbis alligatum fuisse. Funes ostenduntur Romæ in templo S. Crucis in Jerusalem, edificato a S. Helena. Addit Nonnus Panopolitanus, paraphrastes Evangelii S. Joannis, cap. xix, vers. 48, manus Christi præter clavis ferreo vinculo fuisse cruci astrictas. Sic enim ait: « Ille interfectoris ad lignum quadrilaterum sublimè supra terram erectum, extendentur Christum, adstringentes vi explicatas utrimque manus ferreo vinculo, et immenso ac singulari clavo pedis utriusque pectusculum uno impetu perforatum transfixere, pedibus sibi mutuo impositis ac complicatis, inflexibile exitu vinculum. »

Addunt S. Irenæus, Justinus et Gregorius Turonensis apud Gretserum, lib. I *De Cruce*, cap. xxx, in cruce fuisse suppedaneum, sive asserturum, in quo inmixti et fixi fuerint Christi pedes. Verum in cruce delicatior hæc fabrica videtur, ait Lipsius *De Cruce*; nec Christus in cruce stetit, sed suspensus pendit, ut patet *Act.* 1, 30;

Galat. iii, 13. Minus incommode Franciscus Lucas et alii censent, crucem ad pedes Christi fuisse excavatam, ut calcibus pedum in cavo hoc receptis, pedes non incurvati, sed erecti et extensi penderent in cruce.

Porro, clavos hos alii tres, alii quatuor fuisse autunt, ut sicut singule manus, sic et singuli pedes suum habuerint clavum. S. Brigida, lib. I *Revelat.*, cap. x, asserit unum pedem alteri superpositum. cruci fuisse affixum duobus clavibus, idque sibi revelasse B. Virginem. S. Francisci stigmata quatuor clavos representant, ait Lucas Tudensis, lib. II *Contra Albigenses*, cap. xi, et ex eo Lucas Waddingus, in *Annal. Minorum*, anno Christi 1224, num. 49. Minus probabiliter S. Bernardus, serm. *De triplici custodia, manus, lingue et cordis*, autumat sex fuisse clavos in manibus et pedibus Christi. Nisi ego Romæ magno animi sensu clavum Christi integrum, in templo S. Crucis in Jerusalem, longum, modice crassum, quadratum, habentem tuber ingens rotundum, sed cavum, in capite, et sensim tendentem in acumen. Latrones quoque cum Christo crucifixi clavis cruci affixi sunt: alioqui enim ex clavis S. Helena dignoscere potuisset crucem Christi a se inventam a crucibus latronum, quod tamen non nisi per miraculum fieri potuit. Christus ergo clavis ferreis malleo adactis fuit cruci affixus; clavis, inquam, per volam manus (ubi viget tactus, ideoque acris est dolor) adactis, uti habet communis fidelium sensus; itaque passim pictores Christum per volam manus crucifixum pingunt. Favet illud Zacharia, cap. xiii, 6: « Quid sunt plage iste in medio manuum tuarum? »

Nonnulli tamen censent Christum crucifixum clavis, non per volam manus, sed per carpum adactis. Carpus vocatur brachii extremitas, ubi est pulsus, et ubi brachium jungitur manui. Adactis, inquam, per carpum non directe, sed transversim, ita ut per carpum adigerentur in manum, et clavi extremitas in extremam manus superficiem desineret illamque cruci affigeret, clavi enim valde fuere longi, ut patet ex illo quem Romæ conspiciamus. Id ita esse liquet clare, inquit Mallonius, ex sacra sindone, cui involutum fuit corpus Christi a cruce depositum, in quo hæc sacra Christi stigmata manifeste visuntur, quod religiose servatur et colitur Taurini apud Allobroges. Favet illud *Psal.* xxi: « Foderunt manus meas, » etc. Idem exhibent antiche picture Christi crucifixi. Ita crucifixerunt, inquit, Christum, tum ut firmius eum cruci affigerent, tum ut majori eum dolore afficerent: etenim major fuit dolor, quo longior clavorum fuit per carpum manumque ductus, ideoque longior plaga et vulnus; et quia in carpo viget tactus, ut patet ex pulsu; et quia hoc vulnus transversum et longum, ex gravitate corporis, et brachiorum carpum manumque degravantium, jugiter efflucebat majus et productius.

Secundo, acerbitas crucifixionis Christi patet primo, ex eo quod in ea clavos perforasse sunt manus et pedes, ubi sensus tactus est acutissimus; secundo, quod in cruce totum corporis pondus ex manibus transfixis pependit; tertio, quod dolor hic diuturnus sit, adeo ut Christus per tres horas vivus in hoc cruci cruciati vixerit: hinc crux a cruciando dicta est. Unde mystice applicatur Christo illud de Jerusalem ad litteram dictum *Thren.* i: « O vos omnes qui transitis per viam, attendite et videte, si est dolor sicut dolor meus. » Quarto, in cruce distensa fuerunt brachia et membra Christi, adeo ut singula ejus ossa numerari possent, juxta illud: « Foderunt (q. d. Fodiendo fossas fecerunt) manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea. » *Psal.* xxi. Unde S. Catharina Senensis dicitur habet maximum dolorem quem Christus sensit in cruce, fuisse in pectore; scilicet in extensione, indeque consequente disjunctione ossium pectoris, idque se experientia didicisse, cum a Christo omnium ejus dolorum particeps facta fuit. Et ratio faveit: illa enim ossa pectoris data sunt ad defensionem cordis, et inde fit immanis dolor. Ita habet ejus Vita, lib. II, cap. xxxix, scripta per Ambrosium Catharinum. Oret quis extensa brachia per duo vel tria *Miserere*, et sentiat quantum sit hic dolor. Notat Generardus in *Psal.* xxi, 20, pro « dinumeraverunt, » Hebr. esse *מספרו אשר*, id est *dinumerabo*, id est, dinumerare possim ego, æque ac quivis alius me inspiciens, ideoque Nostrum vertere, *dinumeraverunt*, id est dinumerare poterunt, quia Christus, inquit, hæc distentione et distractione artuum tantum cruciatum sentiebat, ut ipsi non vacaret ossa sua dinumerare.

Tertio, Christus cum spinea corona fuit crucifixus, uti jam dixi. Rursus, inter duos latrones, quasi eorum princeps. Item, nudus more Romano. Imo multi doctores cum S. Ambrosio et S. Bonaventura docent, ne verenda quidem habuisse tecta et velata, licet id putet Abulensis, Dionysius Carthusianus et Barradius, quod id inhonestum sit coram viris et feminis; sed magis indecora passus est Christus; ita Gretserus, lib. I *De Cruce*, cap. xxii, et Suarez, III *part.*, *Quest.* XLVI, art. viii, sect. 4, et Franciscus Lucas hic: qui sane Christo summe pudico et reverendo, summus fuit pudor et dolor. Audi S. Ambrosium, lib. X in cap. xxi *Lucæ*: « Nudus, ait, crucem ascendit, nudum ecce video. Talis ergo ascendat qui sæculum vincere parat, ut sæculi adjuvmenta non querat. Victus est Adam, quæ vestimenta quævisit: viciit ille, qui vestimenta deposuit, et talis ascendit, quales nos auctore Deo natura formavit. » Sed Adam, inquit D. Taulerus, cap. xxxii *Exerc. Vita Christ.*, ob amissam innocentiam tegere se et vestibus operire festinavit: Christus vero nudatus est, eo quod integrum et illæsam servaret innocentiam puritatem, nec ullo

Clavis Christi in templo S. Crucis in Jerusalem Romæ.

Quisera mus de hoc Christo.

Crucifixionis Christi divinus stantia.

Cruz est in crucis atrocitate Christus: primo, ostendit summum in homines amorem, utpote pro quibus tam atrociter et ignominiose crucifixus sit; secundo, gravitatem peccati mortalis, utpote quod non nisi morte crucis ex iusto Dei decreto expiari poterit; tertio, acerbitatem poenarum gehennae. Si enim Deus castigavit adeo peccatum alienum in Christo Filio suo, quomodo castigabit peccata propria in ipsis vilissimis peccatoribus in igne gehennae? « Nam si in viridi ligno haec faciunt, in arido quid fiet? » Quarto, quanti facienda sit anima hominis enjusbet, utpote ejus pretium fuit vita Christi, quo ipse eam appetitavit et redemit; quantoque studio animarum salus procuranda sit, ne sanguis Christi pro illis inaniter sit effusus et quasi perditus. Quinto, quanta sit futura felicitas Beatorum in caelo, utpote quae empta sit tormentis a Christo in cruce. Jure ergo S. Augustinus, tract. 119 in *Joannem*: « Lignum, inquit, in quo fixa erant membra patiens, etiam cathedra fuit magistri docentis. »

Crux quoque est speculum omnis virtutis et perfectionis, quia Christus in cruce ostendit pacem et culmen summae humilitatis, imperturbatis, patientiae, fortitudinis, constantiae, mortificationis, obedientiae, charitatis ceterarumque virtutum omnium. « Inspice ergo, o Christiane, et fac secundum exemplar, quod tibi in monte Calvariae monstratum est. » *Exod.* xxv, 40. Hoc est quod ait Apostolus, *Ephes.* ii: « In charitate radicati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit latitudo, et longitudo, et sublimitas, et profundum, scire etiam supereminentem scientiae charitatem Christi. » Vide ibi dicta. Quocirca Martyres meditatione crucis Christi animabant se ad crucem quaslibet. Ita S. Felicula virgo et martyr, S. Petronilla collectanea, cum in equoleo torqueretur, exultans dicebat: « En Christum sponsum video, qui pro me tanta sustulit. » S. Ignatius, epist. ad Romanos: « Amor meus crucifixus est. » SS. Marcus et Marcellianus, fratres et martyres crucifixi: « Nunquam inquietabant, tam jucunde epulati sumus, quam liberenter haec Christi causa perferimus, in ejus amore nunc fixi esse copimus. Utinam nos tandem patinas, quamdiu corruptibiles hoc corpore vestire erimus! » Ita crux Christi quasi mel dulcorat crucis Sanctorum. SS. Savinus et, Cyprianus martyres Brixiani, super rotas extensi et dilacerati, gratias agentes Deo canebant: « Quam dulcis est dilectio tua, Domine! » S. Hosteria, Bergomas virgo et martyr: « En, inquit, cervix mea presto est, in hanc sevitae: hanc pro Christi Domini mei fide libenti animo trado. » SS. Eusebius, Pontianus, Vincentius et Peregrinus, martyres sub Commodio imperatore, cum in equoleo quasi in cruce distenti naves et fustibus caederentur, insultabant torribus: « Nolite remittere; ante enim vobis tempus, quam nobis animus pro Christo patendi deficiet. » Cumque Vitellius preses tantam in tor-

mentis letitiam magis tribueret, S. Vincentius respondit: « Non gaudemus nisi in Domino Jesu Christo. » Haec omnia recenset Philippus Ferrarius in *Catalogo Sanctorum Italiae*. Sic hoc saeculo Christiani pro fide Christi in Japone crucifixi exultabant, quod similes essent Christo crucifixo, et crucem cruci rependerent. S. Franciscus Beatum se aestimabat, quod per impressa aëritus sibi quinque vulnerum Christi stigmata, conformis esset Christo crucifixo. Gaudeant et Religiosi, quod per tria vota quasi per tres clavos Christi amore susceptos, cum eo crucifigantur. Qua de re vide elegantem et piam orationem abbatris Pinuffii apud Cassianum, lib. IV *De Instit. reuud.*, cap. xxxiv et seq., ac Hieronymum Platun, lib. II *De Bono status religiosi*, cap. xi. Denique pie, vere et pathetice Franciscus Salesius, nuper episcopus Genevensis:

Aut amor, aut furor est, qui te, bone Christe, peremit:
Est amor, et furor est; hic meus, ille tuus.

Quæres secundo, quo tempore Christus sit crucifixus? Respondeo primo: Christus die 23 martii in utero Virginis conceptus est, et post 33 annos eodem die crucifixus est in æquinoctio verno. natus vero est die 25 decembris in solstitio hyberno. Unde et Ecclesia, in *Martyrologio*, die 23 martii recollit memoriam S. Oisama Iatronis, qui cum Christo crucifixus ab eoque conversus, audit: « Hodie mecum eris in paradiso. » Idem docet S. Augustinus, lib. XVIII *Civit.*, cap. ultim.; Chrysostomus, Tertullianus, D. Thomas, S. Antonius, Platina et Usuardus, quos citat et sequitur Suarez, III *part.*, disput. 40, sect. 3, in fine. Ili omnes docent Christum passum die 23 martii, ita ut illo die præcise expleverit 34 annos a conceptione et incarnatione sua. Hinc L. Dexter, in *Chronico*, ad annum Christi 34: « Christus Dominus, inquit, in crucem actus VIII Calend. aprilis (hoc est die 23 martii), invidia Judoeorum crucifixus, pro salute totius generis humani liberent mortem oppetit. » Hinc rursum in Appendice ad Adonis *Martyrologium*, quam edidit noster Heribertus Rosweydu, ad diem 23 martii sic legitur: « Hierosolymæ Dominus noster Jesus Christus crucifixus est, et in eadem civitate passio S. Jacobi Apostoli, sicut in Actibus Apostolorum legitur. Eodem die immolatio Isaac, et transitus filiorum Israel per mare Rubrum: » quorum utrumque fuit typus Christi in cruce pro nobis immolati: « Et victoria Michaelis Archangeli contra draconem. » Unde inferas eodem die creati esse a Deo mundum; nam simul cum eo creati sunt angeli, qui mox a creatione coeperunt duellare.

Respondeo secundo, Christus die 23 martii crucifixus est in meridie. S. Joannes enim ait, cap. xv, 14: « Erat hora quasi sexta, » scilicet ab ortu solis, quæ est in meridie. Dices: Marcus, cap. xv, 25, ait: « Erat autem hora tertia, et crucifixerunt eum. » Respondeo: Erat hora tertia non in-

plens, sed finiens: finis autem horæ tertiæ erat initium sextæ; hoc enim horæ olim apud Judoæos et Romanos ternas modernas continebant. Non aliud velle Marcum patet cap. xv, 33, dum ait: « Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt super totam terram. » Hæc enim tenebræ coeperunt cum crucifissione Christi, ut patet vers. 43. Causam sive congruentiam dat Theophylactus: « Sexta die, inquit, homo est conditus, qui et sexta hora de ligno comedit: qua igitur hora Dominus hominem condidit, eadem et lapsus curavit. Sexta die et sexta hora cruci affixus est. » Similiter inter Latinos Beda Marcum enarrans: « Rationis, ait, imo divinæ pietatis ordo poscebat, ut qua hora primus Adam peccando mortem hinc mundo invexerat, eadem hora secundus Adam cibum vitium gustaret. » Meridie Porro, eodem die creatum esse Adam, scilicet in æquinoctio verno, et eadem hora comedisse pomum vitium, qua Christus in cruce moriens culpam expiavit, et eum quasi reareavit, multi censent, inter quos Tertullianus, lib. I *Carmin. contra Marcion.*, ita canit:

Qua die, quove loco cecidit clarissimus Adam,
Hæc eadem regione die volventibus annis,
In studio ligni folis congressus athleta,
Extenditque manus penam pro laude secutus,
Devisit mortem, etc.

Quod vero attinet ad horam, ita docuit Procopius in cap. II *Genes.*: « Christus, inquit, amarum passionem passus est ipsis horis, quibus Adam edit; scilicet ab hora sexta ad horam nonam. Adamus enim hora sexta comedit: est enim ea hora quasi certa regula hominibus constituta, ut cibum capiant. »

Nota, Christum ita fuisse crucifixum, ut facie ab Hierosolymis aversa (quasi qui ejus hostis, indignus esset eam intueri, sed revera quasi impios Judoæos reprobaturos, et Gentes electuros) Occidentem, puta Italiani et Romam spectaret. Inde Christiani ex Apostolorum institutione orant ad Orientem, quasi Christi crucifixi faciem intuentibus hinc et templa eorum respiciunt Orientem, in quibus imago Christi crucifixi Occidentem prospiciat, quam qui adspiciunt et adorant, necessario Orientem spectant. Ita Damascenus, lib. IV *De Fide*, cap. xii; S. Hieronymus, Beda, Germanus, Sedulius, Adrichomius et alii, quos citat et sequitur Alphonsus Paleottus, *De Christi Stigmatibus*, cap. xx, num. 27. Hoc est quod Judoæis præcedam eis, in die perditionis eorum. » Et David, *Psal.* lxxv, 7: « Oculi ejus super gentes respiciunt. » Porro, modum crucifixionis sibi in monte Calvarie oranti a Christo revelatum, scribit S. Brigitta, lib. VII *Revel.*, cap. xv, ubi sic ait: « Non contentus, sed statim voluntarie extendit brachium suum, et aperta sua dextera manu, posuit eam

in cruce, quam illi sævi tortores immaniter cruentam qua os solidius erat; tunc etiam trahentes cruci fæxerunt manum ejus sinistram, corpore ultra modum, junctos pedes affixerunt in cruce duobus clavibus, et in tantum extenderunt illa gloriosa membra in cruce vehementer, quod quasi omnes vene et nervi ejus vehementer, quod eadem, lib. I *Revel.*, cap. x, Christi in cruce figuravit: « Tunc oculi ejus apparuerunt semimortui, maxillæ ejus submersæ et vultus lugubris, os ejus apertum, et lingua sanguinolenta, venter habere viscera. Omne corpus pallidum, quasi non guidum, ex fluxu et egressionem sanguinis. Manus et pedes ejus rigidissime extensi erant, et iuxta formam crucis cruci attracti et conformati. Barba et crines ex toto perspersi sanguine. Itaque cum filius meus sic læceratus et lividus staret, solum cor recens erat, quia optima et fortissima nature erat. » Et lib. IV, cap. lxx: « Tunc color mortis in partibus, quibus, pro sanguine aspiet potuit, accessit, dentibus maxillæ inhererunt. Costæ vero attenuate dinumerari poterant. Venter autem, consumptis humoribus, dorso applicatur, et jam naribus attenuatis, cum cor prope scissorem esset, totum corpus ejus contremuit, et tunc barba ejus super pectus ejus cecidit. »

Denique Lactantius, lib. IV, cap. xxvi: « Quoniam, inquit, qui in patibulo suspenditur, et tunc electa est, quæ significat illum tam conspicuum tanque sublimem futurum, ut ad eum cognoscendum pariter et colendum, cunctæ nationes ex omni orbe concurrerent, etc. Extendit ergo in passione manus suas, orbemque dimensus est, ut jam tunc ostenderet ab ortu solis usque ad occasum, magnam populum ex omnibus linguis et tribus congregatum, sub alas suas esse venturum, signumque illud maximum atque sublime frontibus suis susceperunt. » Jam cætera quo ad crucem spectant, scilicet crucis figuræ, oracula, usum, gloriam, adorationem, virtutem, miracula et imitationem vide apud Gretserum, lib. I *De Cruce*, cap. xxxix et seq., ac S. Thomam, III *part.*, *Quæst.* xlvi, et ibi Suarez, de cruce mortali, id est de tribulationum omnium tolerancia, cuique Christiano in omni afflictione patienter, hilariter et fortiter exhibenda, vide Gretserum, lib. IV *De Cruce*, qui totus est de hac re.

Tropologie: fructus et gloria crucis ita recenset S. Chrysostomus, homil. *De Cruce*, sub finem t. III. « Crux, spes Christianorum; crux, resurrectio mortuorum; crux, eorum dux; crux, desperatio nam via; crux, elaudorum baculus; crux, consolatio pauperum; crux, refrigeratio divitum; crux, destructio superborum; crux, male viventium pena; crux, adversus demones triumphus, crux,

Especta-
tum vir-
tutum
enunium.

Exempla
S. Fe-
liculae.

S. Ignatius
Martyris, SS.
Marcus et
Marcellianus.

SS. Savinus
et Cyprianus.

S. Hosteria.

SS. Eusebius,
Pontianus,
Vincentius,
Peregrinus.

Martyr
tum
ponen-
tium
sicut
vires

Edem
die qua
creatus
est Adam.

Christi
passio-
nis die
23 martii

Inter
et de-
tatione

ad Ori-
entem

IV *De Fide*,
cap. xii;

S. Hieronymus,
Beda, Ger-
manus, Sedu-
lius, Adricho-
mius et alii,

quos citat
et sequitur
Alphonsus Pa-
leottus, *De Christi*

Stigmatibus,
cap. xx, num.
27. Hoc est
quod Judoæis
præcedam eis,
in die perditio-
nis eorum. »

Et David,
Psal. lxxv,
7: « Oculi
ejus super
gentes respici-
unt. »

Crux
et gloria.

devotio diaboli; crux, adolescentum pædagogus; crux, sustentatio inopum; crux, spes desperatorum; crux, navigantium gubernator; crux, periclitantium portus; crux, obsessorum murus; crux, pater orphanorum; crux, defensor viduarum; crux, justorum consiliarius; crux, tribulorum requies; crux, parvulorum custos; crux, vivorum caput; crux, senum finis. » Plura deinde conglomerans, sic prosequitur : « Crux, lumen in tenebris sedentium; crux, regum magnificentia; crux, scutum perpetuum; crux, insensatorum sapientia; crux, libertas servorum; crux, Imperatorum philosophia; crux, lex impiorum; crux, Prophetarum præconium; crux, annuntiatio Apostolorum; crux, Martyrum gloriatio; crux, monachorum abstinentia; crux, virginum castitas; crux, gaudium sacerdotum; crux, Ecclesiæ fundamentum; crux, orbis terræ cautela; crux, templorum destructio; crux, idolorum repulsio; crux, scandalum Judeorum; crux, perditio impiorum; crux, invalidorum virtus; crux, ægotantium medicus; crux, emundatio leprosurum; crux, paralyticorum requies; crux, esurientium panis; crux, sitientium fons; crux, nudorum protectio. » Similia habet S. Ephrem, serm. De S. Cruce; et Damascenus, lib. IV De Fide, cap. xii

Affectus septem e Christo crucifixo.
 Ex dictis collige varios pios affectus, sed maxime septem, fidei in lectione, inspectione et meditatione Christi crucifixi, excitandos esse. *Primus* est compassio; *secundus*, compunctio; *tertius*, gratiarum actio; *quartus*, imitatio; *quintus*, spes; *sextus*, admiratio; *septimus*, amor et charitas.

Intendendum hic ex Luca, cap. xxii, 34, Jesum illico ut fuit crucifixus, orasse Patrem pro Judeis et militibus eum crucifigentibus, dicendo : « Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt; » hoc enim ante divisionem vestium ejus contigisse patet ex Luca. Hoc primum est verbum inter septem memorabilia que Christus in cruce edidit, quo post tot tanosque dolores, injurias, illusiones, quasi eorum oblitus et de salute tormentum se sollicitus, ex pectore, ceu ex fornace ardore charitatis æstante, vocem hanc igneam in cœlum ejaculatur, postulans iis ignoscere. Atque exauditus est pro sua reverentia. Nam multi ex iis in Pentecoste ad prædicationem Petri penitentes, ad Christum conversi sunt, ut patet Act. II. Docuit nos Christus pro persecutoribus orare, malefacientibus benefacere, itaque vincere in bono malum. Christum imitatus S. Stephanus, cum lapidaretur, flexis genibus orabat : « Domine, ne statuas illis hoc peccatum, et cum hoc dixisset, » quasi cygnus cygnea voce emissa, « obdormivi in Domino. »

« Non enim sciunt quid faciunt, » qui nesciunt me esse Christum Filium Dei : quod si scirent utique non me crucifigerent, nec auderent committere hoc immane sacrilegium et deicidium. Nesciunt me esse salvatorem mundi et suum, nes-

ciunt me mori pro ipsorum salute. Ita « de impietate et malitia Judeorum suavitatis pietasque Christi triumphat, » ait S. Cyprianus, tract. De Passione Christi.

Hieroglyphicum dilectionis inimicorum est sillex, hoc lemmate : « Sillex ex quo ignis excutitur, non sine ictu. » Sillex enim lapis durus est, ex quo ignis excuti solet; et sic nuncupatur, vel quod ignis ex eo saliat, vel quod silentem intra se ignem habeat, qui attritu excitatur : quare a vulgo lapis vivus, ad illum lapidum differentiam, qui mortui dicuntur, nuncupari solet. Sillex hic est Christus, qui est lapis angularis. Christus enim latentem in se divinitatis ignem et charitatem immensam effudit in cruce, at non sine ictu, dum ictus a crucifixoribus pro iis ardentem oravit. Ipse enim olim dixerat : « Ignem veni mittere in terram, et quod volo nisi ut accendatur? » Luca xii. Christum imitetur Christianus, ac se faciat silicem ignitum, et alios ignitem, et dum injurie alienigenis, ceu ferri et chalybis ictu foritur, scintillas amoris divini in ferientes ejaculetur, uti fecit Christus.

DIVIDERUNT VESTIMENTA EJUS, SORTEM MITTENTES.
 — Fusius hoc enarrat Joannes, cap. xix, vers. 23, dicens : « Milites ergo, cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta ejus (et fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem) et tunicum. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad invicem : Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cujus sit. » Ubi S. Cyprianus : « Vestes damnatorum, ait, quasi hereditatis lege ad se pertinentes sibi vindicant, » quasi mercedem suæ operæ in crucifigendo. Porro, S. Chrysostomus : « Vestes, ait, inter se partiantur, quod in condemnatis vilibus et abjectis fieri solet, ad omnino destitutis. » Et mox : « Partiantur ea vestimenta per quæ miracula facta sunt; sed tunc nihil efficebant, Christo ineffabilem eorum virtutem cohibente. » Fuit hæc insipientia Christi ignominia et afflictio, quod coram se videret insolenter vestes suas a militibus lacerari, et alia jacta sorte dividi. Sed nimirum voluit in extrema paupertate, nuditate et opprobrio mori patrique pro nobis, ac non tantum vestes, sed et corpus vitamque exuere, ut ignominiam nuditatis Adæ et nostræ tegeret, vestiretque sua ignominia, eaque resisteret nobis vestes immortalitatis, « ut nos indueret vitam et immortalitatem, » ait S. Athanasius, serm. De Cruce.

Tropologicè : voluit nos docere, ut nudemur rebus supervacuis hujus mundi.

Nota primo : Christus habuit tunicam inconsutilem, quæ, ut ait Joannes, « desuper, » Græcè, ἐκ τῶν ἄνωθεν, id est ex summo, contexta erat per totum; hoc est tota textilis erat, sine sutura, quam ideoque, ait Euthymius, verisimile est fuisse quasi subuculam loco camisie proxime corpori adherentem. Addidit veterum opinionem (quam ipse approbat) esse, eandem a matre

Hæc, ut dicitur, tunicam inconsutilem.

Treviris servatur.

Dividit vestimenta totum Christi.

Tres vestes quales.

Ver. 26.

Tunica inconsutilis quæ.

B. Virgine Christo puero factam textamque fuisse. Unde consequens videtur tunicam hanc cum Christo crescente crevisse, uti crevere vestes Hebræorum per 40 annos peregrinantium in deserto. Tunica hæc inconsutilis hodie Treviris religiose asservatur et visitur.

Symbolicè - S. Athanasius, serm. De Cruce : Fuit hæc tunica inconsutilis; « quo vel hinc, ait, credere possent Judæi, quis esset et unde esset, qui hæc induit; quod Verbum erat, non a terra, sed a cœlis veniens, quodque non divisibile, sed indivisibile Verbum est Patris, quodque factus homo non habuit corpus ex viro feminaque contextum, sed ex virgine sola contextum spiritus gratia. » Et mox : « Neque enim hoc illorum, sed Servatoris in cruce pendentis factum erat. Suspensus enim ut homo, principatus persequatur, ipsum diabolum comprehendit, ac milites terruit, ne scinderent tunicam, ut hac manente, maneret et que paulo post facta est adversus Judeos redargutio : quoniam velum quidem scissum est, tunica vero Servatoris ne a militibus quidem scissa est, sed mansit integra. Manet enim Evangelium semper integrum, cum interim dissipentur umbræ. »

Nota secundo : Milites sciderunt alias Christi vestes, easque dividerunt in quatuor partes pro quatuor militibus Christum crucifigentibus, rursusque sortiti sunt « quis quid tolleret, » ut ait Marcus. Quæ et quod fuerint hæc Christi vestes, incertum est. Probabile est quod ait Euthymius, tres fuisse; scilicet primam tunicam inconsutilem, que intima fuit instar indusii, secundam tunicam illi injectam similem illi Ecclesiasticorum, quam Itali aliique *soltanam* vocant; tertiam tunicam extimam, que exterius corpus tegebat et ornabat instar pallii. Nam thoracis, femoralium, tibialium, non erat usus apud Judeos, uti nec modo est apud multos Orientales.

Symbolicè : S. Athanasius, serm. De Cruce : « Milites, inquit, vestes Christi dividunt in quatuor partes, eo quod pro peccatis mundi quadrifariam divisi, ad Exortum, Occasum, Septentrionem ac Meridiem, gestabat illa : quibus indutum cum videret eum Joannes, ait : Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. »

36. ET SEDENTES SERVABANT EUM. — Græca adnotat, id est *illie*, scilicet in cruce pendente in monte Calvarie, q. d. Milites cum Judæis servabant Jesum, ne quis e discipulis vel fautoribus eum e cruce deponeret, vel ne ipse per miraculum e cruce descenderet. Verum Dei consilio id alio fine fiebat, quem ipsi ignorabant. Nam, ut ait S. Hieronymus, « diligentia militum et sacerdotum nobis profuit, ut major et apertior resurgens virtus appareat. » Milites enim et Judæi viderunt eum in cruce morientem : quare cum postea redivivus multis apparuerit, necesse est ut fateantur eum vi divina a morte resurrexisse.

37. ET IMPOSUERUNT SUPER CAPUT EJUS CAUSAM. (Syrus, occasione mortis ipsius) IESUS SCRIPTA : HIC EST REX JUDEORUM. — Imposuerunt *trebellam*, ut vertit Arabicus, in qua inscripta erat causa et culpa crucifixionis ipsius, scilicet quod esset rex Judeorum, id est quod affectasset regnum Judææ, ideoque rebellasset Tiberio Casari. Unde pontifex successerunt Pilato, ut ait Joannes, cap. x : « Noli scribere, Rex Judeorum, sed quia ipse dixit : Rex sum Judeorum. Respondit Pilatus : Quod scripsi, scripsi, » id est quod scripsi, recte et conformiter scripsi, nolo id mutare vel revocare. Intendebat Pilatus idem significare quod suggerebant pontifices, sed Deo manum ejus dirigente, aliter alioque sensu, eoque vero scripsit : « Hic est rex Judeorum, » id est, hic est Messias sive Christus. Unde Syrus vertit : *Hic est rex ille Judeorum*; ille, scilicet per antonomasiam, puta rex Messias; Arabicus : *Hic est Jesus rex Judeorum, q. d.* Ille Jesus crucifigitur, quia ipse est Messias, mundi Salvator, qui ex Dei decreto crucifigi et mori debet, ut humani generis peccata laici et expiet, hominesque Deo reconciliet et salvet. Quare hic titulus fuit Christo summi honoris elogium : ostendit enim ejus non tantum innocentiam, sed et dignitatem, quod scilicet ipse esset Christus mundi redemptor, quare Judeos quasi Christidam confudit et confundat ac condemnabit in æternum, quod ipsi Pilatum coegerint ut crucifigeret Christum, qui erat ipso- rum Messias ad hoc Deo missus, ut ipsos salvaret. Hoc ergo eis Pilatus titulo ipso exprobrat : itaque de eorum pervaciencia et importunitate se vindicat, traducens et infamans illos quasi Christifidas per totum orbem : sat enim sciebat Pilatus Jesum esse Messiam, hic enim vocabatur ab omnibus illo ævo, « rex Judeorum, » ab omnibus desideratus et expectatus. Unde Origenes : Hic titulus « caput Jesu, inquit, instar coronæ exornat. » Et Beda urgens : « super caput ejus : » « Apte, inquit, quia hæc in cruce pro nobis hominis infirmitate dolebat, super crucem tamen regis majestatem fulgebat. » Hoc enim titulo significabatur Jesum esse Messiam, et jam incipere regnare a ligno super Judeos, id est confictes, puta Christum per fidem. Unde Pilatus eum ad petitionem Judeorum mutare noluit. Quo mystice significabatur, quod Judæis incredulis in sua contra Christum perfidia obstinate permanentibus, Gentiles (qualis erat Pilatus) Christum quasi regem et salvatorem suum agnoscerent et colerent.

Titulus iste crucis Christi.

Titulus iste crucis Christi.

Nota primo, solebat titulus damnatis ad mortem more Romano præfigi, qui crimen et causam mortis indicaret. Sic S. Attalo martyri hunc titulum præfixerunt : « Hic est Attalus Christianus, » teste Eusebio, lib. V, sub initium. Sic hic Christo præfixerunt : « Hic est rex Judeorum, » hoc est, hic est Messias, sive Christus. Unde rursus colligatur crucem Christi non fuisse commissam, que habet formam litteræ Græcæ T, qualis est crux S. An-

Vers. 37. Luc. xxiii, 24. Mar. xv, 26. Joan. xix, 19.

Damnatis ad mortem solebat præfigi titulus.

tonii, sed immisam sive quadrangulam, ita ut sursum una quartaque crucis pars emerret, in qua titulus affigi posset.

Nota secundo, nemo Evangelistarum titulum crucis Christi integre pleneque exprimit, sed ex omnibus inter se collatis colligitur fuisse hunc: « Jesus Nazarenus Rex Judaeorum. » Franciscus Lucas ait, Syra lingua, sed caractere Hebraeo ita scriptum fuisse: « יֵשׁוּעַ נָצְרֵת מְלֶכֶּ הַיְהוּדִים » *Jesus Nazarenus malca dihoudaie*, uti habet Syrus, Joan. XIX, 19. Maldonatus vero et alii censent hunc fuisse: « Hic est Jesus Nazarenus (ut habet Mattheus et Marcus) rex Judaeorum. » Communiter tamen Greterus, Bosius, Pagninus et alii omittunt « hic est, » quia satis significatur inscriptione crucifixi affixa.

Titulus
Hierosolym
Romae in
Basilica
S. Crucis
in Veri-
salena.

Extat titulus hic Romae in basilica S. Crucis in Jerusalem, ubi saepius eum vidi et veneratus sum, sed imperfectus et dimidiatus. In eo enim nil extat nisi « Nazarenus » scriptum litteris Graecis et Latinis, scriptum, inquam, retrogrado ordine, incipiendo a latere dextro et pergendo ad sinistram, uti scribitur Hebraei. Titulus enim hic, ut ait Joannes, scriptus fuit Hebraice, Graece et Latine, sed ita ut Hebraea scriptura, utpote in Judea apud Hebraeos scripta, primum et summum in titulo locum obtineret; secundum, Graeca; tertium, Latina: qua de causa, cum in titulo hoc Hebraea scripta fuerit moe illius linguae retrograde, hinc pariter simili modo scriptae fuerunt Graeca et Latina. Porro, Hebraea litterae in titulo, ita vetustate exese sunt, ut apices duntaxat nonnulli appareant, nulla vero littera integra pleneque cernatur, quae dignosci possit, uti patet in effigie, qua titulum hunc exacte expingit Jacobus Bosius, lib. I De Cruce triumphante, cap. XI.

Verba St.
Luc.
XIII, 23.
Mat. XX,
27; Joan.
XV, 18.
Cruci-
fixi cum
Athenis
d. 10. 1727.

38. TUNC CRUCIFIXI SUNT (« aculeis et clavis similibus, » ait Nonnus in Joan. XIX, 19) CUM FO DUO LATRONES; UNUS A DEXTRIS, ET UNUS A SINISTRIS. — Latronum enim supplicium erat crux, ut Christus inter eos medius videretur esse latronum choragus et princeps. Hoc significare volebant Judaei, itaque Christum infamare; sed Deus eorum technas evertit et invertit. Nam, ut ait S. Chrysostomus: « Voluit demon rem ipsam tegere, non tamen valuit. Crucifixi sunt tres, claruit unus Jesus, ut intelligas ejus virtute omnia provenisse; atque tribus crucifixis miracula patuerunt, nemo tamen ullum alteri latronum attribuit, sed soli Jesu. Ita diaboli insidiae irritae facte sunt, et in ejus caput omni modo irruerunt; nam ex duobus unus salvus factus est. Non solum igitur crucifixi gloriam non offenderit, sed non parum auxit: neque enim minus fuit in cruce latronem converti et paradusum intrare, quam petrae collidi. »

Symbolice: Christus in medio latronum, quorum unus poenitens salvatus est a Christo, alter carnalis, representat formam extremi iudicii, in quo Christus iudex electos qui a dextris

erunt, glorificabit, improbos vero qui a sinistris erunt, damnabit ad tartara. Ita S. Ambrosius in cap. XXIII Lucae, et S. Augustinus, tract. 31 in Joan., quem audi: « Ipsa crux, si attendas, tribunal fuit: in medio enim iudice constituto, unus qui credidit, liberatus; alius qui insultavit, damnatus est: jam significabat quod facturus est de vivis et mortuis, alios positurus ad dextram, alios vero ad sinistram. »

39. PRÆTEREUNTES AUTEM BIASPHEMABANT EUM, MOVENTES CAPITA SUA. — Hoc est maledicebant, conviciabantur et exprobrabant Christi crucis culpam et poenam, ac movendo caput insultabant et subsannabant. Haec autem maledicta, convicia et probra hoc loco proprie dicte erant blasphemiae, quia iacebantur in Filium Dei, et Sanctum sanctorum, juxta illud Isaiæ, I, 4: « Vobis genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis: dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt Sanctum Israel. » Et illud Davidis, Psal. XXI, 8: « Omnes videntes me deriserunt me: locuti sunt labiis, et moverunt caput. » Ingens fuit tormentum Christo crucifixi, sed majus tormentum fuit crucifigi illudi et subsannari. Unde Ecclesiasticus, VII, 12, monet: « Ne irideas hominem in amaritudine anime. » Unde et queritur Christus, Psal. LXXVIII, 27: « Quom tu percussisti, persecuti sumi; et super dolorem vulnerum meorum addiderunt. » Et Psal. XXI: « Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens et rugiens. » Magna ergo fuit hoc Iudaeorum in Christum sevitia et barbaries.

Verba St.
Hier. XI,
52.
Prætereuntes
blasphemabant
Christum in
cruce.

40. ET DICENTES: VAH! QUI DESTRUXIT TEMPLUM DEI (Syrus, destructor templi; Arabicus, o destruens templum, et edificans illud) ET IN TRIBUS ILLUD REEDIFICAS; SALVA TEMETIPSUM: SI FILIUS DEI ES, DESCENDE DE CRUCE. — « Vah! » jam non est in Graeco, quod alias Graece dicitur, « vah! » Hebraei *heach* (ut habet Evangelium Hebr. S. Matthei, quod jam circumfertur), sed subintelligitur, « Vah » est interjectio irridens, oburgantis, insultantis, exprobrantis et delectantis; qualis apud Flandros est *phi, q. d. Phi, phi*, pudet te, Jesu crucifixe, quod arroganter et irreligiose iactaveris te templum Dei destructurum, et tertio die illud reedificaturum; ostende nunc te id facere posse, liberando te a cruce. Si enim hoc tam modicum facere non potes, quomodo illud in templo, quod tam magnam est et vastum, effecere poteris?

Verba St.
Mar. IV,
23, 26.

41. SIMILITER ET PRINCIPES SACERDOTUM ILLUDENTES CUM SCRIBIS ET SENIORIBUS DICERANT:

42. ALIOS SALVOS FECIT, SEIPSUM NON POTEST SALVUM FACERE: SI REX ISRAEL (Messias) EST, DESCENDAT NUNC DE CRUCE, ET CREDIMUS EI. — Virulentiores in Christum suat pontifices et Scribae, quam populus: nam subsannant ejus miracula, quibus alios sanos fecit, q. d. Miracula ista non fuerunt facta ope Dei, sed Beelzebub, sive diaboli; aut certe non realia, sed phantastica fuerunt, aut Euthymias d.

Verba St.
Luc.
XXIII, 55.
Mar. XV,
31, 32.
Vers. 46.

Theophylactus, quia si Dei ope facta essent, Deus videtur illum ipsum jam in summa afflictione constitutum salvare et a cruce liberare; quod cum non faciat, signum est eum non esse ex Deo, sed esse impostorem et pseudopropheta. « Volebant enim, ut tanquam seductor, arrogans et iactabundus, et in conspectu omnium vituperatus decederet, » ait Chrysostomus, ut ita plane ejus nomen et sectam obtenerent, ne quis discipulorum ejus doctrinam deinceps sequeretur cumque ut Messiam coleret ac praedicaret, hoc est, volebant Christianorum gentem, religionem et Ecclesiam cum Christo abolere.

REX ISRAEL. — Jacobus patriarcha cum angelo, Dei vicario, luctans et prevalens, dictus est « Israel, » id est « dominans Deo, » Genes. XXXII, 28; hinc ejus filii et posterii, puta Judaei, dicti sunt Israel, id est filii Israel. Quare « rex Israel, » idem est quod rex Judaeorum, hoc est Messias: israeli enim, sive Judaeis, promissus erat Messias, quasi caelestis eorum rex futurus.

Audi S. Bernardum, serm. 1 in die Paschae: « Quid, inquit, consequentiae videtur habere, ut descendat de cruce si rex Israel est, et non magis ascendat? Sic tibi, Judae, exiit quod audisti, quia Dominus regnavit a ligno, ut regem abneges, quia manet in ligno? Imo quia rex Israel est, titulum regni non deserat; virgam imperii non deponat, cujus imperium super humerum ejus. Sic Pilatus quod scripsit, scripsit; Christus non perficit quod incepit? » Subdit S. Bernardus:

« Haec plane, inquit, serpentis astutia, haec adinventio nequitiae spiritualis. Noverat impius quantum pro salute illius populi velum gerere videretur: propterea malitiose nimis, linguas erudiens blasphemorum, suggerere ut dicerent: Descendat, et credimus; quasi jam nihil posset obstar quod descenderet, qui eorum credulitatem tanloperere desideraret. Sed non movetur vana pollicitatione, qui novit omnium corda. Eo quippe tendebat malitiosa suasio, ut non ipsi crederent, sed nostra quoque fides in eum omnimodis deperiret. Legentes enim: Dei perfecta sunt opera, Deuter. XXXII, 4, quando fateremur Deum, qui salutis opus reliquisset imperfectum? » Tertiam causam adjicit S. Bernardus, dicens: « Ne daret occasionem surripiente nobis perseverantiae, quae sola coronatur. Et ne faceret obmutescere praedicatorum linguas consolantium pusillanimes, et discentium singulis: Tu locum tuum ne deseras. Quod sine dubio sequeretur, si responderet possent: Quia Christus suum deseruit. »

DESCENDAT DE CRUCE. — Noluit Christus descendere (licet id facere potuisset) irritatus tot pontificum sannis, quia ex Patris precepto in cruce mori debebat, ut nos a morte redimeret. Contempsit ergo impiorum impropria, ut nos idem facere doceret. Ita Theophylactus in Marc. XV: « Si voluisset, inquit, descendere, neque princi-

prio ascendisset: sciens enim per hoc salvandos homines, sustinuit ut crucifigeretur. » « Non curabat, ait Origenes, indignum aliquid agere propter derisionis injuriam, et facere quod dicebatur ab eis, extra rationem et ordinem. » Et Augustinus, tract. 37 in Joannem: « Quia patiens docebat, ideo patientiam differrebat; si enim commotus aliorum verba descenderet, victus conviciorum dolore putaretur. » Et rursum: « Distulit potentiam, quia de cruce noluit descendere, qui potuit de sepulcro resurgere; sed publicavit misericordiam, quia descendit in cruce dixit: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. »

Denique S. Gregorius, hom. 21 in Evang.: « Si, inquit, tunc de cruce descenderet, nimiram insubstantibus cedens, virtutem nobis patientiae non demonstraret; sed expectavit paululum, toleravit opprobria, irrisiones sustinuit, servavit patientiam, distulit admirationem; et qui de cruce descendere noluit, de sepulcro surrexit. Plus igitur fuit de sepulcro surgere, quam de cruce descendere; plus fuit mortem resurgendo destruere, quam vitam descendendo servare. »

ET CREDIMUS EI. — Id est, credemus cum esse regem Israel, id est Messiam nostrum. Mentuntur: nam qui non crederentur Christo, Lazarum aliosque mortuos suscitanti, utique nec credi dissent Christo seipsum a morte liberanti; sed dixissent enim oculos populi suis praestigis perstrinxisse, ac phantastica, non revera de cruce descendisse, ideoque esse prestigiatorem et magum, uti alias dixerunt, Math. XII. Unde S. Hieronymus: « Fraudulenta promissio, ait: quid est plus, de cruce adhuc descendere viventem, an de sepulcro mortuum resurgere? Resurrexit, et non credidistis; ergo si etiam de cruce descenderet, similiter non crederetis. » Sic hodie haeretici dicunt: Crederemus Sanctis, si facerent miracula; at cum eorum miracula afferuntur, illa calumniantur ut ficta, vel magica et phantastica.

43. CONFIDIT IN DEO, LIBERET NUNC, SI VULT REI (Arabicus, id est iugebat eum); DIXIT ENIM: QUIA FILIUS DEI SUM. — Utuntur hic pontifices et Scribae illique illusores praedixit David, et per Davidem Christus, Psal. XXI, 8: « Omnes, inquit, videntes me deriserunt me; locuti sunt labiis, et moverunt caput. Speravit in Domino, eripiat eum: salvum faciat eum, quoniam vult eum. » Quare ipso facto festantur se esse hos Christi illusores a Davide praesignatos, ac Jesum esse verum Messiam, sive Christum. De Christo enim ejusque passione et illusionis totus hic psalmus « Spiritu Sancto Davidi dictatus est. Porro, homini in cruce et agone mortis consulto, nulla super et humana spes, sed tantum confidentia in Deum: hanc quasi ultimam salutis anchoram Christus pontifices hinc eripere conantur, q. d. Vane sperasti, et spera in Deum: jam enim actum est de te: jam

cruce moriendum tibi est: non est ergo, quod speres in Deum. Vane et false dixisti te esse Filium Dei dilectum: « Si enim Deus vult, » id est amat et diligit te, « te liberet nunc » et tantis crucis doloribus. Hoc autem non faciet, ergo signum est te non esse Filium Dei, sed impostorem Deo exosum. Ita ipsi Christum conviciantur et blasphemant, sed ad desperationem adigere conantur, uti facit diabolus cum tentat homines in agone mortis. Sed errant et peralogizant: Deus enim summe diligebat Christum; ideoque volebat eum mori in cruce, ut eum deinde summe glorificaret in resurrectione, ac per eum plurimos salvaret. Quare hoc sciens Christus, nil eorum probris commotus est, sed omnem spem suam in Deum sequebatur perrexit, ideoque reipsa utrumque a Deo consecutus est. Unde post illusiones has, novos validosque confidentiam in Deum elicit actus, ut nos idem facere doceret, quos status subiecit, *Psal. xxi, 40*, dicens: « Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre: spes mea ab ubere matris mee: Deus meus es tu, ne discerneris a me. » Idem dixere Martyres presidibus, dum ab eis ad cruces, leones, ignes, bestias damnantur; Deum scilicet nolle eos liberare, ut meliorem per martyrium eis daret vitam et coronam.

Hæc omnia de pontificibus et Scribis Christum illusit, prædixit Sapiens, *Sapient. ii, 46*, dum ex persona eorum ait: « Filium Dei se nominat, et gloriatur patrem se habere Deum. Videamus ergo si sermones illius veri sint, et tentemus quæ ventura sint illi, et sciemus quæ erunt novissima illius. Si enim est verus Filius Dei, suscipiet illum, et liberabit illum de manu contrariorum. Contumelia et tormento interrogemus eum, morte turpissima condemnemus eum: erit enim ei respectus ex sermonibus illius; » hoc est, respiciet et eruet eum Deus, sicut ipse sermone suo professus est, sed subdit Sapiens: « Hæc cogitaverunt et erraverunt; excecavit enim illos malitia eorum. Et nesciverunt sacramenta Dei, neque speraverunt mercedem justitiæ (justa sanctæque passionis et crucis), nec judicaverunt honorem animarum sanctarum. » Vide ibi dicta.

Tropologice: Christo exprobrant peccatores, qui suis peccatis eum dehonstant et blasphemant, ad quos patheticè Christum loquentem ita inducit S. Bernardus, *Rhythmo De Passione Christi*:

Ad te clamo, qui pro te morior:
Te exhortor, qui in cruce patior:
Vide latus quo aperior.
Et cum tantus sit dolor intus et exterior,
Plus tamen crucior, quod te ingratus experior.

Quin et Zacharias, cap. xiii, 6, rogans Christum: « Quid sunt plage istæ in medio manuum tuarum? » audit: « His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. » Vide ibi dicta.

44. IDIPSUM AUTEM ET LATRONES, QUI CRUCIFIXI ERANT CUM EO, IMPROPERABANT EI. — Græci, ut Origenes, S. Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, ac ex Latinis S. Hilarius probabiliter putant utrumque latronem initio Christum blasphemasse; sed alterum postea visa Christi patientia, tenebris alisque signis et miraculis, respicuisse, ac in Christum credidisse. Melius ceteri Latini, scilicet S. Hieronymus hic; S. Ambrosius, lib. X in *Lucam*; S. Augustinus, lib. III *De Consensu Evang.*, cap. xvi; S. Leo, serm. *De Passione*; S. Cyprianus, serm. *De Pass. Domini*; S. Gregorius, lib. XXVII *Moral.*, cap. xvi. Madonatus, Franciscus Lucas et alii censent, per synecdochen numerum pluralem poni pro singulari: « Latrones, » id est unus latronum. Sic *Lucæ xxiii, 36*, dicuntur « milites obtulisse Jesu acetum: » « milites, » id est unum militum. Voluit enim Matthæus per « latrones, » non tam personas latronum, quam conditionem significare, ut ostenderet Christum in cruce ab omni hominum genere et conditione, etiam latronum, convicia atrocis pertulisse, q. d. Adeo seve et insolenter certatum omnes Christo conviciati sunt, ut etiam collateralis ejus latro jam cum eo crucifixus, et animam agens, impudenter in illum probra coniecerit. Addit Lucas, alterum latronem ipsum reprehendisse, ac Christo dixisse: « Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum, » ideoque ab eo audivisse: « Hodie mecum eris in paradiso, » de quo plura dicenda sunt *Lucæ xxiii, 40*.

Hic ordine historico intenda sunt dicta Christi ad matrem et ad Joannem, quæ fuere tertium Christi in cruce verbum, quæ sic enarrat Joannes, *xix, 23*: « Stabant autem juxta crucem Jesu mater ejus, et soror matris ejus, Maria Cleopha, et Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Jesus matrem et discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus; deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. » De quibus suo loco in Joanne dicendum.

45. A SEXTA AUTEM HORA TENEBRE FACTE SUNT SUPER UNIVERSAM TERRAM USQUE AD HORAM NONAM. — Tenebræ ergo hæc cooperunt in meridie, *Mar. xi, 23*, quando crucifixus est Christus, et durarunt per tres horas, scilicet usque ad horam nonam, id est usque ad tertiam pomeridianam, quæ expiravit Christus, quo tempore solet esse clarissima et summa Dei lux: ut manifeste apparet hæc tenebræ esse insolitas, prodigiosas et supernaturales, nimirum sol, cœlum omniaque astra atrata luxerunt tam indignam necem Christi Dei et creatoris ac Domini sui, ideoque lucem et radios suos a terra et terrigenis Deum suum occidentibus subtraxere. Ita S. Dionysius mox citandus, ac S. Hieronymus hic, qui ait: « Videtur mihi, inquit, clarissimum mundi lumen, hoc est luminare majus, retraxisse radios suos. » Et Cyprianus, serm. *De Bono patientia*: « Cum sol ne

Judeorum facinus aspiciere cogatur, et radios et oculos suos subtrahat. » Item Chrysostomus, in *Catena* ex serm. *De Passione Domini*: « Non poterat ferre creatura injuriam creatoris: unde sol retraxit radios suos, ne videret impiorum facinora. »

Queres, unde ortæ sunt hæc tenebræ? Respondent aliqui ortas esse ex interpositione densarum nubium inter solem et terram. Ita S. Chrysostomus, Theophylactus et Euthymius. Verum S. Dionysius Areopagita, harum tenebrarum testis oculatus, epist. 7 ad *Polycarpum*, docet illas ortas ex eclipsi solis; scilicet ex interpositione miraculosa lune inter terram et solem. Sic enim ait agens de se et Apollophone: « Framus una ambo, et stabamus ad Heliopolin, ac cernebamus, nec opinato, cum luna se soli objiciebat (neque enim conjunctionis tempus erat), rursusque cum eadem ab hora nona ad vesperum se mediæ solis lineæ præter naturæ ordinem opponebat. Redige autem etiam aliquid aliud ei (Apollophani) in memoriam: scit enim etiam objectum ipsum a nobis visum esse oriri ab ortu solis, et ad solis extremum pervenire, deinde repedare. Rursusque non ab eadem parte solis et objectum et recessum evenire, sed ab ea quæ, ut ita dicam, ex diametro erat contraria. »

Ex quibus S. Dionysii verbis liquet, in hac eclipsi solari multa concurrisse miracula et prodigia. Primum est, quod ipsa contigerit in Paschate, hoc est in plenilunio primi mensis Nisan: in plenilunio autem non potest fieri eclipsi solis, quia tunc luna a sole longissime distat, imo est in opposito solis: quare eclipsi solis non fit nisi in conjunctione solis cum luna, quæ fit in novilunio; tunc enim luna soli vicina facile se illi supponit ipsamque eclipsat.

Secundum, quod duravit ad tres horas, cum alias eclipsi solis parum duret, eo quod luna solem tegens celeritè moveatur et solem pertransit. Hic ergo luna sub sole constitit per tres horas: quod ingens fuit miraculum.

Tertium, luna solet moveri ab Occidente in Orientem, ideoque in eclipsi solari ab Occidente solem subingreditur; hic autem subingressa est solem ab Oriente, teste S. Dionysio.

Quartum, luna ultra solem non perrexit versus Occidentem, sed resiliit, statimque rediit ad locum suum, puta ad Orientem unde venerat, ita ut vespere soli occidenti ex diametro opposita, in Oriente eo loco consisteret, ad quem pervenisset, si motu naturali progressa fuisset, nec ad solem eclipsandam accessisset.

Quintum, quæ luna cum sit minor sole, non possit totum solem tegere et obscurare, unde in eclipsi solis sol multum apparet, ac multum lucis diffundit in terram: hic autem sol plane fuit obscuratus, ita ut densæ tenebræ essent in terra, quales fuere tenebræ Ægyptiis radiis ductæ a Mose, *Exod. x, 23*, et *Sapient. xvii, 3* et seq.;

ideoque Matthæus hic eas vocat « tenebræ, » non eclipsis. Id autem factum est hæc ratione, quod sol ea parte qua luna non tegebatur, Deo agente subtraxerit radios suos a terra christiada, uti paulo ante audivimus ex Hieronymo, Cypriano et Chrysostomo. Sic et luna non luxit terræ, eo quod supposita soli superius tantum ab eo illuminaretur, inferius vero versus terram remaneret obscura: quare cum nec sol nec luna terre lumen præberent, necesse fuit in terra summæ esse tenebræ.

Scitum, quod stellæ in cœlo visæ sint, et terræ motus acciderint, de quibus ita scribit Phlegon Gentilis, Olympiadum scriptor, libertus Adriani Imperatoris. Sic enim de eo narrat Eusebius in *Chron.*, ad annum Christi 33: « Scripsit vero super his et Phlegon, qui Olympiadum egregius supputator est, in XIV libro ita dicens: Quarto autem anno 202 Olympiadis, magna et excellens inter omnes quæ ante eam acciderat, defectio solis est facta. Dies hora sexta in tenebras noctem versus, ut stellæ cœlo visæ sint, terræque motus in Bithynia Nicæam urbis multas ades subvertit. »

Septimum, quod hæc eclipsi et hæc tenebræ occuparint universam terram. Unde sequitur: SUPER UNIVERSAM TERRAM — Judææ, inquit Origenes et Maldonatus, qui hæc eclipsi cœtant ad solam Judæam. Melius alii censent hæc eclipsi fuisse universalem, ac tenebræ induruisse toti orbi. Ita S. Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius et alii. Hoc enim plane significat « super universam terram. » Unde et S. Dionysius ait se eclipsin hæc vidisse Heliopoli in Ægypto, ideoque fertur exclamasse: « Aut Deus naturæ auctor mundi patitur, aut mundi machina dissolvitur; » licet Michael Syngelus, in *Encomio S. Dionysii*, asserat eum dixisse: « Deus ignotus in carne patitur, ideoque universum hæc tenebris obscuratur et concutitur. » Idem asserit Suidas. Unde postea prædicante Paulo Athenis, ac asserente Deum ignotum esse Christum, in cuius morte obscuratus sit sol, S. Dionysius ad Christum fuit conversus, *Actor. cap. xviii*. Vide ibi dicta.

Hinc et Phlegon jam citatus asserit nunquam antea talem tantamque visam esse eclipsin. Hæc ergo eclipsi fuit index divinitatis Christi: hoc enim, qui est oculus mundi, obscuratus et quasi emoriens significabat Christum Deum ac Dominum suum, qui sol est justitiæ, in cruce emori, ideoque eum morientem, tam sol et luna, quam cœlum et terra omniaque elementa atrata luxerunt: quare toto tempore quo Christus in cruce patiebatur et agonizabat, obscurata et concussa sunt; quocirca subito rox atra terris obducta est,

Impiæque æternam timerunt sæcula noctem, ait Paulus Orosius, lib. VII *Histor.*, cap. IV.